PSALTERIUM. HYMNARIUM
Niederösterreich (?), um 1300 Seite 137r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1228
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



in eis. Cōsumentur fame: et deuorabunt
eos aues morsu amarissimo. Dentes bes
tiarum in mittam in eos: cum furore trahentium
super terram atque serpentium. Foris uastabit
eos gladius et intus pauor: iuuenem si
mul ac uirginem lactentem cum homine sene.
Et dixi ubi nam sunt: cessare faciam ex
hominibus memoriam eorum. Sed propter iram
inimicorum distuli: ne forte superbirent hos
tes eorum. Et dicerent manus nostra excelsa:
et non dominus fecit hec omnia. Gens
absque consilio et sine prudentia: utinam sape
rent et intelligerent ac nouissima prouiderent.
Quomodo persequebatur unus mille: et duo fuga
rent decem milia? Nonne ideo quia deus suus
uendidit eos: et dominus conclusit illos. Non
enim est deus noster ut dii eorum: et inimici nos
tri sunt iudices. De uinea sodomorum ui
nea eorum: et de suburbanis gomorre. Vua
eorum uua fellis: et botrus amarissimus. Fel
draconum uinum eorum: et uenenum aspidum